

pluviales (Gen. xxxvii, 22.) vel domi, Exod. xxi, 33: A item puteum, Cob. XII, 6. nec non carcerem subterraneum, Jes. xxiv, 22. Jer. xxxviii, 6. id hęc locõ ponitur pro voragine sepulchri aut etiam inferni; utrumque enim carceri lacui simile. De voce בור latè Dorfeb. p. 1. theol. Zach. p. 94. & de יוררי pag. 131. Participium denique ad morem substantivorum ponitur in regimine, cujus rei exempla vidimus Pfalm. xix, 8. V, 12. xxiv, 2.

EXPLICATIO VERSUS II.

שמע audi:) scilicet cum effectu, h.e. benignè suscipe, & reipsa postmodum te audivisse comproba, vide Pfalm. XXVII, 7.

רחמי (vocem) deprecationum mearum:) h. e. preces meas, quas pro impetrandâ gratiâ (est enim אהיבן gratiosus fuit,) avertendâque irâ ac pœnis humiliter ejulantique voce ad te jam fundo. Nomen hoc plurale tantum רחמיים significat ejusmodi deprecationem flebilem qua alium, gratiosus ut nobis fiat, percellere conamur; v. g. Job. XL, 21. de behemoth, non fundente רחמיים, sic Prov. XVIII, 23: de pauperis deprecatione erga divitem, sic Dan. IX, 3. 17. 18. 23: de majorum deprecatione; item 2. Paral. VI, 21: de precibus populi in templõ, &c.

בשוע in vociferando me ad te:) i. e. quando ob periculi magnitudinem non ingemisco clanculum, sed anxie intentâque voce te ad auxilium advoco; vide de hęc verbõ Psal. XVIII, 7.

אני dum elevo manus meas, &c.) repetitur eadem devotæ anxietate invocationis descriptio: & quidem factâ mentione gestûs manuum, sicut proximè gutturis ac labiorum. Elevatio autem manuum in precibus, quæ communis est gestus omnium fermè nationum, innuere videtur, nos ab omnibus terrenis mediis ac negotiis manus nostras retrahere, atque ad cœlum, unde salus proficisci nobis potest unice, eas elevare: item nos subjectionis causâ, easdem veluti vincendas, Deo porrigere; &c. De hęc gestu vide Pfalm. cxxxiv, 2. CXXI, 2. Thren. III, 41: elevemus cor cum manibus, vide Cornelium à Lapide 1. Tim. II, 8. item Lorin. Actor. I, 24.

אני ad adytum sanctitatis tue:) h. e. ad adytum tuum sanctum, ad quod tu, ô Deus, orantes voluisti extendere suas manus, tanquam ad locum orbis totius sanctissimum, quippe qui continebat arcam; unde Deus dabat responsa &c. Confer Pfalm. V, 8. Est verò רביר tabernaculi vel templi pars ultima ac intima, sive sanctum sanctorum, in quod nemini dabatur ingredi, præterquam soli summo Pontifici, ob arcam, cui Deus infidebat, indeque loquebatur ac responsa dabat. Quapropter etiam à Loquendo (רביר) appellationem habet, q. d. λαλητήριον locutorium, juxta Hieron. in Eph. 2. Mentio hujus רביר five sancti sanctorum fit 1. Reg. VI, 20. seq. VII, 49. VIII, 6. 8.

EXPLICATIO VERSUS III.

אני ne trabas me, vel ne abripias me violenter:) ad pares cum impiis carceres vel supplicia; ne implices me iisdem pœnis, ut ne inde calumniatores mei ansam capiant de me triumphos agendi. Huc illud Gen. XVIII, 23. an perdes justum cum impiõ? Verbum אשר significat aliquid Trabere, protrahere, abripere, v. g.

abripere aliquem reti, Pfalm. X, 9. hamo, ceu Leviathan, Job. XL, 25. Hof. XI, 4: traxi eos funibus hominis: item de abreptione ad inferos crudeli, cum interfectis gladiõ Ezech. XXXII, 20. De tali itaque abreptione horribili etiam hęc locõ agit David. Lutherus olim: fasse mich nicht unter den Gottlosen: post: zeuch mich nicht hin unter ic. Syrus: ne numeres me cum impiis. Campen: ut me unum è numero impiorum & flagitiosorum fieri sinas. Vatablus: ne rapias me transversum tempore vindictæ cum improbis.

רשעים impiis:) nempe impœnitentibus, & qui in habitu peccatorum contractõ sunt incorrigibiles, ceu docent sequentia.

פעלי און cum operantibus iniquitatem:) h. e. cum iis, qui longâ scelerum consuetudine malè agendi contraxerunt habitum, qui nil nisi mala operari possunt, dixi exinde in N. T. ἰσχυροὶ τὴν ἀνομίαν, operam dantes iniquitati, Matth. VII, 23. &c. Sic & Latini dicunt Medicinam facere de iis, qui crebrõ eam exercent. De hęc titulõ impiorum vide Pfalm. V, 6. VI, 9. XIV, 4. Job. xxxiv, 8. 22. &c. Participium iterum ponitur in regimine, ceu vers. 1. יוררי בור.

רברי loquentibus pacem:) denuo participium ponitur in regimine, ceu proximum פעלי operantes.

שלום pacem:) h. e. verba, meram concordiam & optima quæque spirantia: sic enim שלום apud Ebræos complexo suõ omnigenam comprehendit felicitatem, ac proinde in salutationibus, quando vel quærun de pace, vel pacem precantur, intelligunt universum alicujus statum prosperum; ut Gen. XLI, 27. Exod. XVIII, 17. 2. Reg. IV, 26. &c. Facit huc nominis origo שלום compleri, perfici; nimirum, quia pax est perfectum quasi omnis prosperitatis compendium; & quia Pax est optima rerum, quas homini novisse datum est. vide Roa l. 2. fing. c. 3. p. 155. Loqui autem pacem, est sermones pacificos vel amicos cum aliquõ habere, prosperitatem, benevolentiam vel promotionem alicui promittere: sicut opposita phrasis est, Loqui malum contra alium, Pfalm. xxxi, 18. CIX, 20.

רעהם cum proximis suis:) h. e. cum iis, quibus cum hilce improbis aliquod intercedit negotium vel conversatio. Nam רעה est nomen generale, designans eum, qui pabulõ quasi communi nobiscum fruitur; (à רעה pascere,) qui unõ nobiscum gaudet sole, unõ רעה pastore Deõ, unõ mundi stabulõ, unõque cœli tectõ concluditur, sive is jam sit conterraneus, sodalis vel amicus, (ceu Psal. xxxv, 14. Prov. III, 29. XVII, 17: ubi de fratre dilecto,) sive etiam peregrinus; quomodo generalem hanc acceptionem nomen רעה servat in decalogo, Exod. xx, 17. c. xxii, 16. &c. item Prov. III, 28: (ne dicas proximo mendicanti &c.) Exod. XI, 2: quisque petat vasa à proximo suo &c. ex vers. 3. & cap. III, 22. confer Gen. xxxviii, Luc. X, 33. Jes. xxxiv, 14. ubi de bestiis sociis: Job. xxxvi, 33. Sic Kimchi ad Psal. XV, 33: רעהו וקרובו הונה שיש i. e. socius & propinquus est. cum quõ intercedit illi acceptio & datio (i. e. commercium) aut est vicinus ejus. Pro hoc nomine dicitur etiam רעה amicus, v. g. Davidis, 2. Sam. XV, 37. XVI, 16: regis, 1. Reg. IV, 5. & per apocopen רעה, sicut בנה filius, dicitur à בנה &c. Quapropter malè Jurdai רעה tantum de Israëlitâ vel profelyto, excludentes

401
denis
liton
figura
xiii
L'Emp
רעה
mition
dum
corde
רעה
licitate
accipien
XXII, 16
mum & r
gener
ipforum
accusati
ratum d
tiz his
do hæc
hostibu
piorum
dem a
à Deõ
7. Exo
13. Cl
non r
velut
non t
pullus
רעה
h. e. ju
stantiv
gentium
item lo
pivitas
רעה
plurale
signific
Pfalm. I
Zach. I,
ri, facer
רעה
quã
ternõ
vios
erga e
vicissim
(juxta
manuum
notat d
nymian
Porro M
actionu
opus m
opere m
&c. Q
est de pe
רעה
hujus cl
רעה
put:) qu
per alios
phil figu